





DE CAS

Ænigmatum gamnicorum.

A D

MAGNIFICUM ET CON-
sultissimum Virum,

DN: JOHANNEM STUR-
MIUM,

Consiliarium Anhaltinum & Cancel-
larium Servestanum, Filiam suam pri-
mogenitam.

HAGNEN,

Leclissimam Virginem,

PRÆSTANTISSIMO ET DOCTIS-
simo Juveni Viro,

DN: JOHANNI ERNE-
STO WAGNITIO,

LL. Studioso,

Nuptui Collocantem,

VII. Julij, Anno M. DC. XXXIV.

Scripta

AB AMICIS

SERVESTÆ, Typis ANDRÆÆ BEZELII.



Prologus.

Non invitatus, nec sat, pro tempore, comtus
Hospes in has ædes irruo, JUNO, tuas.
Hospitibus me jungo tuis: me nemo repellit:
Quisq; mihi dextram porrigit, ore favet.
Attamen indutus noctem, sub lampade PHOEBI,
Adspicere optantum lumina fallo niger.
Nil edo, nilq; bibo; cunctos potuq; ciboq;
Arceo: nemo famem, nemo sitim queritur.
Nil loquor: at de me loquitur, qui me audit adesse:
Judicijs vexor: nil tamen illa moror.
Non sum qui videor. Quis sim miraris, amice?
Tam tibi sum notus, quàm tibi dextra tua est.

I. Ænigma.

Ænigmatum gamicorum decas.

I,

EXpes, curro tamen: sed & expers vocis, amicis
Monstro viam, vitamq; simul confervo minister:
Expers sum manuum, sed equum rego ligneum in auris;
Sum cœcus: nihilo minus aurea lumina solis
Percipiens, oculis errantibus infero lucem,
Talis sum. Sed tolle mihi caput: ocius orta
Propria vox adsunt oculiq; manusq; pedesq;,
Prodeo & in medium casti foemella pudoris,
SPONSE, quid esse putas? dic nobis, *Oedipe*, quid sit?
Forfitan (& fas sit) si sponsam consulis **A**GNE N,
Dixeris. Interea gamico pro tempore votum
Addo: Deus sponsum ac sponsam rerum ubere nimbo
Ditet, & ad feros traducat Nestoris annos!

Ita vovebam

M. Christianus Becmanus, Eccles.
Serevest. antistes & ibidem Theolo-
giae Professor.

I I,

Qui medio promptus facili pugnancia jungit,
Me, magnæ aggreditur, iudice, molis opus.
Disidio quasi scissa Themis, sub compare vultu,
Gestit extremas utraq; inire vias.
Desperant jungi: Charites ni fœdera pangant
Disidio junctæ. Prodit utrinq; Charis.

A 2

U-

Utraq; dissidio pariter prior: utraq; jure
Nixa pari. Ast Eridem pellere neutra potest.
Indignata suas cum jam Charis utraq; vires
Utraq; jure, loco cedere prompta foret:
Tertia succurrit victis DE A leta duabus,
Et vobis, charites, fortior, inquit, ero.
Fulminanil Themidis metuo: me absolvit ubiq;
Casta Dea, & castam laudat ubiq; Deam.
Me cupiunt Erides, mihi conciliantur, & arctis
Junguntur Charites nexibus arte meâ.
Dixerat: extemplo coeunt in fœdera Divæ,
Bis binas quintâ conciliante Deas.
Conticuere Erides: Charitum vox una, & in unâ
Conspirant quintâ. Hec omnia puncta tulit.
Bis binæ salвете Deæ, mediog; locata
Salve quinta. Una sunt modo quinq; Deæ.
Hoc quid agas dixi tibi carmine: Quid tibi dixim,
Tu mihi si dixis; Oedipus alter eris.

M. VVendelinus,
G. A. R.

III.

Ad Doctiss. Dn. Sponsum.

SUm corpus, sunt Membra mihi data quinq;, quousq;
Vivo, gratæ Homini præbeo tecta Domus.
Gratam Avium generi promptissima commodo sedem,
Quando sonant renui gutture dulce melos.
Quare & certatim videas nostra agmine denso
Tecta subire Homines, tecta subire Boves:

Con.

Confluxisse ad me videas, cum frigore torpent
Omnia, brumali cum nive cuncta rigent.
Quin etiam, quando vegetos jam deserit artus
Vita, ego multorum debile Corpus alo.
Ac licet, ut plures foveam, consumsero totum
Me, tamen ingrata mente manuq; fugant,
Ingrati fugiunt per resqua, per arva sequentem,
Trado ipsis plena quæ bona multa manu.
Verum, ubi vi demto veteri pede nascitur alter,
Nil Tibi, nil aliis Dulce Bonumve magis.
Tum Me, quantumvis fugientem, sponte sequuntur;
Vir, Juvenis; sequitur vel sine mente Senex.
Atq; ubi jam tandem vel vi cepisse prehensum,
Vel blandis etiam cassibus esse datur
Implicitum, quamvis iuviti fortia nostris
Subjaciunt animo colla volente jugis.
Hic non vel Phœbi, vel Martis nobile robur
Nostra aliquid contra fortia jura valet.
Et Tu, quantumvis non credas, colla capistro
Submittis tacitus, Sponse, superba meo.
Te mihi submittis totum, nec fugeris unquam
Imperium hoc Mihi jam. Dic age si quid Ego?

M. Petrus von Jena, Reip. Servestanae Consul
& Illustr. Gymnas. Adjunctus.

IV.

Nec sum; nec non sum; nec quod sum, deinde manebo;
Neq; tunc licebit esse, si velim anxie.
Non habeo; quod habere tamen quis perneget? at qui
Habebo id olim, quod me habere non licet.
Queq; dedi, non illa tamen me crede dedisse:
A me interim data esse quis dixerit.

A 3

M

Mi similem quondam ancipiti spe corda trementi

Hero minister obuius deduxerat.

Jam quid sim dederimq; habeamq; hinc nosse licebit,

Eruere idipsum ni pigebit quempiam.

Verum en si quidquam mihi nunc super, omne virenti

(Testor GENAS) debetur hoc Talassio!

Nathan Voithus.

M. D.

V.

Ad Dn: Sponsum.

Natum, non natum est unum, mortalibus ex
quo (lum.

Profluit omne Bonum, profluit omne Ma-

Sunt duo, quæ jungunt homines, faciuntq; creata

Cum paribus generis cuncta coire sui.

Sunt duo, quæ crescant animalia, multiplicantur;

Sunt duo, quæ gaudet fœmina, virq; toro.

Sunt tria, quæ reddunt homines ex asse beatos;

Sunt tria, quæ toto carius Orbe nihil.

Ex his, Sponse, duo, ut Divi decreta tulerunt,

Felici eveniunt fidere fausta Tibi.

Quod superest, pia Fata dabunt Tibi; Quale sit unū,

Quæ duo sint; DIXI. Tu quoq; dic eadem.

Joannes Cramerus. D.

Aliud

VI.

IN cœnâ Hospes adest Thalami non ritè vocatus,
 Qui subitò primos occupat accubitus.
 Nil bibit, & comedit, nil fatur; Pacis amicus;
 Ditibus optatus, pauperibusq; comes.
 Gratus adest Sponso, & Sponsæ; gratusq; puellis;
 Gratus adest juveni; gratus adestq; seni.
 Hunc sibi quisq; cupit / cuius bona Gratia cunctos
 Delectat, miris lætificatq; modis.
 Hic tandem Sponsum sequitur ceu fidus Achates,
 Quem Sponsa, haud talis cras reditura, capit.
 Hospes ut ille diu Sponso delectet utrosq;,
 Sponsa pari Sponsum prole beetq; , precor.

Eodem Autore.

VII.

ARbor non arbor, quam profert Græcia, tandē
 Arbor tamen, elementa quinq; continet.
 Quatuor, hæc elementa, tibi vicenaq; gignunt
 Et insuper trecenta si coiverint.
 Triplicibus pollet præ primo viribus illud
 Loco secundo quod deinde germinat.

Ex

*Ex hoc si primum decerpas, centuplicat vim
Tibi ultimum, pars quarta cuius tertium est.
Succrescit quartum, si bis pars quinta sibi ipsi
Mox tertio toti maritetur bene.
Asperius spirans elementa hæc spiritus afflet;
Dignam meretur Sponsa laudem Sturmia.
Sturmia sed tamē hæc defringat ab arbore prudens
Tricena bis fragmenta cum bis singulis
Eramo quarto, cupiet si Graja videri?
Dic Dave, namq; hic non opus mihi Oedipo.
Quamvis barbaries, Latium dum vastat eandem
Hanc arborem mutaverit, mirum! ferā;
Quæ verè non est fera. Sic quoq; blandior agno
Est Sponsa, tempestas nec atrox Sturmia est.*

Daniel Ludovicus Med. C. Log.
& Math. Prof.

VIII.

Æ Thiopum regi rex hæc ænigmata Amasis
Offert, ut nodum dissuat Herculeum:
Dic mihi si calles, quo non antiquius ullum?
Quo nihil in vasto fortius orbe datur?

Dic

Dic quoq; si nosti, quo non *sapientius* ullum?

Dic mihi rem, quâ nil *amplius* orbis habet?

Dic mihi, si gnarus, quænam *pulcherrima* rerum?

Dic, quæ *communis* maximè in orbe datur?

Adde simul, summos quid rerum præstitit *usus*?

Et quæ res summè *noxia* ubiq; cluet:

Ne quære Ortygiam Dodonæasque columbas,

Hunc nodum facili dissuit arte Thales.

Dissue tu nobis, quâ re *contraria* summè

Si non juncta, tamen mixta subinde manent:

Libertas, carcer; mel, fel; dolor atq; voluptas;

Spesq; metusq; jocus, seria; eros & eris?

At *lux* pro *tenebris*, pro *luctu* *gaudia* Nuptis,

Pro *bello* cedat *pax* & *amica* *quies*.

Deprop.

M. Felix Haustedius.

IX.

Ænigma

Novellis Sponsis propositum.

Nunc *presens*, mox *preteritum*, nunquamq; *futurum* est
Rursus. At haut rursus quod non tamen (ecce;) *futuram*
Protrudit *presens* aliud, quo manere *presenti* (est

A 3

Ex-

Exitit intoto vix quicquam gratius orbe.
Altheu! *Præteritum* hoc *præsens* tamen usq; sequetur.
Præteritum nullis unquam *revocabile* seclis
Rursus, ut ut *præsens*, sit *gratum* & *amabile* nobis.
Nunc quid *præteritum*, *præsens* fiet, atq; *Fututum*,
Dic mihi *Sponse* rogo, & fueris mihi *Delius* *augur*:
Dic mihi *Sponsa* rogo, & fueris mihi *Delphica* *virgo*.

à

M. Johanne Cremero Archidiac.
ad D. Nicolai.

X.

Viderat Astronomus, quo non prudentior alter,
Disfidiumq; soli, disfidiumq; poli.
Disfidium ipse poli tollam, distantia jungam,
Commoda juncturo pendula libra, canit.
Æmulus Astronomi cum compare Juppiter æquus,
Disfidium ergo soli nos dirimemus, ait.
Nunc duo temperie disjuncta jugabimus unâ;
Componetq; æstus una procella maris.
Sic hic. Illa simul: placidum quoq; visa duorum
Utilis ad nexum libra repanda mihi,

Hæc

Hæc aurum , hæc gemmas , trutinando hæc pigno-
Ornabit nostram rem pariterq; larem. (ra, nobis
Risit, & assensit Deus: à Jove turbo bilancem
Flectit , & inflexam missa procella rapit,
Abreptamq; capit sibi : Mirum! ô unio profit!
Tu, qui tecta sapis, (credo) vovebis idem.

*M. Ernestus VVulstorpius, Scho-
le Patriæ R.*



Epilo-

Epilogus

Hospitis non invitati ad invitatum,
Solvens prologum.

G*Raja* mihi mater, comitem quam sumere
virtus

Gestit, & huic comiti jungier ipse volo.
Cæsariem matris capiti si demseris, orbe
Perfecto, in *viride* n vertitur ipsa *Deum*.
En *metamorphosin*! capiti quæ proxima pars est,
Deme, *Midas* surget *Arcadicumq;* pecus.
In quod mutata est mater mea *Numen* amicè
Tractato, & *Phrygij* fata memento *Mide*.
Si tamen irato *viridi*, malè tutus ab arte,
Hanc *metamorphosin* experiare, *DEO*:
Membra sopore leva, & medio caput inferere ven-
Hac *viridi* major mox eris arte *DEO*. (tri:

Epilo

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







B.I.G.

Farbkarte #13



LXXIIIX.



C A S
 m gamicorum.
 A D
 CUM ET CON-
 um Virum,
 NNEM STUR-
 U M,
 nhaltinum & Cancel-
 num, Filiam suam pri-
 genitam
 GNEN,
 nam Virginem,
 SSIMO ET DOCTIS-
 Juveni Viro,
 ANNI ERNE-
 VAGNITIO,
 . Studiofo,
 ui Collocantem,
 anno M. DC. XXXIV.
 Scripta
 A M I C I S
 pis ANDREÆ BEZELII.

